

Nf. 41.
(1)

12
13.

COMMENTATIONIS
DE
SCEPTICISMO EXEGETICO
SUPPLEMENTUM I.

EDIDIT
JO. HENR. CALLENBERG

Halæ in typographia Instituti Judaici
CIO 15CC XXXVI.

*****:*****

Affectuum confictio, via ad scepticam dubitationem. Rambachii instit. hermen. 128.

Alabastri, Guil. qui anno MDLIX. in Anglia floruit, apparatus in reuelationem Christi. 61. 126. 179.

Allegoria luxuria, æuo Philonis frequentata. Euseb. hist. eccl. lib. 21. 44. coll. c. 2. p. 48. med.

Amama, Sixt. crit. angl. to. I. LXII. & in polyglottis angl. proleg. spec. 36. 40. col. 1. 42. col. 1.

Angelomus, diac. sec. IX. Petzii thesaurus anecdot. tom. I. 68. med. Scribit in præfatione, libris regum præmissa: *sunt* - (sensus sacrae scripturae,) *primus historialis*: *secundus allegorialis*: *tertius utriusque rei* *modus*:
X *quartus*

quartus de incommutabili diuine trinitatis
essentia; quando videlicet proprie, quando tro-
pice, sacris insinuentur oraculis: quintus
parabolaris; videlicet, quando aliud dicitur,
& aliud inuenitur scriptum: sextus de gemi-
no saluatoris aduentu; ne aut primus pro se-
cundo, aut secundus pro primo intelligatur:
septimus, quo sic diuinis præceptis instruimur,
vt certa vite agende forma, alius vero vite
significande figura, regulariter innotescat.

Aquinas, thom. sacri codicis sensum, quem
litteralem appellant, sæpe multiplicem, spi-
ritualem non raro esse triplicem autumat;
adjecta caussa, quod hic liber deum habeat
autorem. P. I. quæst. 1.

Arminiani. Vedelius de arcanis Arminia-
nismi, in indice, sub vocibus atheismi & scrip-
turæ sacræ.

Athanasius. Suiceri thesaurus t. I. 796. Ex
illius opinione, Judæi non dubitant corrup-
pere sacrarum litterarum placita, dummodo
abnegare possint, Christum aduenisse. Ho-
mil. in Matth. 12. quicumque dixerit verbum
contra filium.

Augustinus: suborta est etiam cogitatio: (sub
lectione obscurorum librorum, quos Manichæ-
orum circumferebat secta,) prudentiores cæte-
ris fuisse illos philosophos, quos academicos
appellant, quod de omnibus dubitandum esse
confuserant, nec aliquid veri ab homine com-
prehendi

prehendi posse decreuerunt. Ita enim & mihi liquido sensisse videbantur, ut vulgo habentur, etiam illorum intentionem nondum intelligenti. Nec dissimulaui eundem hospitem meum reprimere a nimia fiducia, quam sensi eum habere de rebus fabulosis, quibus Manichei libri pleni sunt. Nec eam defendebam pristina animositate, sed tamen familiaritas eorum: plures enim eos Roma occultat: pigrius me faciebat aliud querere, praesertim desperantem, in ecclesia tua, domine caeli & terra, creator omnium visibilium & inuisibilium, posse inueniri verum, unde me illi auerterant. Confess. lib. V, c. X. Alio loco: cum ergo reliquissem, vel quae adeptus fueram in cupiditatibus huius mundi, vel quae adipisci volebam, & me ad christiane vitae ocium contulissem, nondum baptizatus, contra academicos, vel de academicis, primum scripsi, ut argumenta eorum, quae multis ingerunt veri inueniendi desperationem, & prohibent cuiquam rei assentiri, & omnino aliquid, tanquam manifestum certumque sit, approbare sapientem, cum omnia videantur obscura & incerta, ab animo meo, quia & me mouebant, quantis possem rationibus, amouerem. Quod miserante atque adiuuante deo factum est. Retract. lib. I. c. I. Modestiae ejus Specimen, to. I. 211. fin. A. H. Franckii methodus stud. theol. 143 Badius. Buddeus de atheismo & superst. 217.

4 COMMENT. DE SCEPTICISMO

Basilus M. ad primam Jesaiaë visionem, to. I. 807. Suiceri thesaur. to. I. 796.

Beda. in I. Sam. 8. & II, c. 2.

Beza modestia. Epist. p. 6. ejus tentatio sceptica, ibid. p. 18. 12.

Bonfrerius, Jac. loca veteris testamenti produxit, quæ sint a Judæis corrupta. Bibl. polygl. angl. prolegom. spec. 40. col. 1.

Bootius, Arnoldus. Eandem Judæis tribuit malitiam, ibid. 36. col. 2.

Cabbalisticæ judæorum explicationes, Pfeiffer. crit. sacr.

Cajetanus, Gilb. Burnet, abridgement of the history of the reformation of the church of England, p. 67. de sæculi XVI. pontificiis: *nihilominus ipsi repudiabant traditionem, ubi hanc sibi videbant aduersari. Regis Angliæ, Henrici IX. consilio rejiciendæ conjugis velificantes dixerunt: ex traditione clarum esse, quod extantes in tertio Mosis volumine prohibitiones quarundam connubiorum referendæ sint ad legem moralem, & quod in hanc nihil pontificis valeat autoritas. Contra Cajetanus, præterita traditione, scripsit: pontificis esse, declarare, quid ad istam legem pertineat, ejusque auctoritatem ad ipsas dei leges pertinere. Illi Cajetano responderunt: mirum esse, quod ipse, qui tantum studium hereticos opprimendi vendit, horum tamen imitetur morem: si Cajetanus ita in hac re scribat contra receptam ecclesiæ*

clefiæ doctrinam, ex suo sacri codicis sensu; quomodo possit eadem licentia denegari Luthero id faciendi in rebus aliis?

Cappellus, Ludou, in Crit. L. 6. c. 5. alia enim sunt ad salutem necessaria - - quæ vero ejusmodi sunt, in omnibus codicibus clare & euidenter traduntur. - Res enim tales non hic & illic sparsim per scripturam traduntur: sed ut sanguis per venas & arterias per totum corpus ubique traducitur; sic ille per totum scripturæ corpus distribuuntur: ita ut, licet in uno loco vel altero aliqua varietas oriri poterit, veritas tamen salutaris periclitari non possit, nisi uniuersa scripturæ compages luxata & corrupta esset. Alia vero sunt, in quibus error vel ignorantia sine salutis periculo oriri possit, ut multa in chronologicis, & in nominibus hominum, urbium, regionum - - circa quæ varietas codicum esse potest, manente scripturæ autoritate; & sine salutis dispendio vel periculo errare possumus: tum quod res ipsæ momentosæ non sint, tum quia ex ipsa scriptura indicari poterit, quarum lectio sit verior. Polyglott. angl. proleg. spec. VI. 36. A. Sarrauii epist. 80. 86. & 112. ad Salmasium, & epist. 17. ad Sam. Petitem. Dantzii dissert. sinceritas scripturæ V. T. prævalente Keri vacillans. p. 53. Rich. Simon, hist. crit. de V. T. L. 6. c. II. p. 476. 477.

Casalius, Jo. Bapt. ad solam, inquit, spectat ecclesiæ

ecclesiam diuinarum - - scripturarum expositio.
 Iccirco damnat profectam ab vno alteroue
 explicationem, cui particularis sensus nomen
 indidit. Speciatim impios & hæreticos, di-
 cit, minime aptos esse explanandis scripturis.
 Argumentum sententiæ sumfit ab vnanimi ve-
 rerum scriptorum ecclesiasticorum opinione,
 quam probat verbis Dionysii Areopagitæ, &
 Basili. Ille, quæ diuina sunt, non capere,
 qui Dei mandatis non obsequentur, adfirmat:
 hic contendit, neminem diuina dogmata de-
 gustare posse, nisi corruptos animo detraxerit
 mores. *De veteribus sacris christianorum ri-
 tibus, sue apud occidentales, sue orientales,
 catholica in ecclesia approbatis, Romæ 1647.
 pag. 297. Dionys. Areop. de eccles. hierach.
 P. I. c. 2. Basl. M. de vita solit.*

Castris, Alphonus de. Gerhardi confess.
 cath. 422. col. 1.

Castrus, Leo, hispanus, credidit: a Judæis
 sacram scripturam corruptelis inquinatam
 esse.

Chrysofomus. Suiceri thesaur. to. I. 796.

Claubergius. de Coccejanismo, 117.

Clemens, Alex. Strom. VI. 676. docet: ideo
 quædam obscura esse, vt diligenter inquiramus,
 & semper in intelligendis & inuenien-
 dis salutaribus sermonibus vigilemus. Suic.
 th. I. 796.

Clemens, romanus, Cotel. vol. I. 631. 633.
 643. 644. 645. *Cleri-*

EXEGETICO SUPPLEMENT. I. 7

Clericus in judiciis theol. belg. ep. 11. 12. &c.

Clingius, Conr. Gerhardi conf. cath. 418. col. 2.

Cochleus. Polygl. angl. proleg. spec. 39. col. 1.

Collinus, Antonius, anglus. Contra eum *Pfaffius* edidit dissertationem de euangeliis, sub Anastasio, imperatore, non corruptis, 1717.

Colonienses jesuitæ, in censura catech. Monhemii. 117. Dreieri controu. cum pontif. 134.

Contius, Dreieri l. c. 141. Ipse & *Huntleus*, confirmaturi obscuritatem sacrae scripturae, argumentum a vocalium absentia ducunt.

Cosfi. Buxtorf. de punctorum origine 26.

Critici. Litteratissimus La Croze de propululante criticorum genere queritur, qui omnia pene antiquitatis monumenta sacra eant exterminatum. Histoire du christianisme des Indes; in praefatione.

Dudithius, sac. XVI. Bezae epist. p. 1. 2. 4. 10. 12. 16. 18.

Ebionitæ, Mosheimii disp. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia. 48.

Espeires, Jo. d'. polygl. angl. proleg. spec. 39. col. 1.

Estius, Guil. comment. in epist. Pauli, in indice, sub voce scripturae.

Eusebius Pamphili, testibus vitati a Judæis codicis sacri adnumeratur, non aliam ob causam,

fam, quam quod de Justino M. scripsit : *quædam item prophetarum testimonia profert, quæ, aduersus Tryphonem disputans, a Iudeis e sacris libris recisa atque expuncta esse, conuincit.* Hist. eccl. L. 6. c. 18. Bibl. polygl. angl. proleg. VII. p. 39. A.

Fagius. Buxtorf. de punctorum vocal. origine. 9. 10.

Frantzius. A. H. Franckii hermen, 112.

Frassenius. Acta erud. Lips. 1682. 380.

Gallus quidam. Hotting. thes. philol. 210.

Garzia, Dominicus. bibl. polygl. angl. proleg. spec. 39. col. 1.

Gichtelius. Berlinisches Hebopfer. 1715. 542. 543.

Gislerus. Pruckneri vindic. 1. Sam. p. 311. b.

Gordon, Jac. bibl. polygl. angl. proleg. spec. 39. col. 1.

Gregorius, in Ezech. homil. Chamieri panstrat. to. I. 286. A.

Gregorius, thaumat. Suiceri thesaur. to. I. 796.

Grænwegen. Schomeri colleg. controu. 32.

Grotius, Hug. Operum To. III. 740. col. 2.

Lux est sacra scriptura, intellecta secundum veteres sensus. Modestia ejus, ad Matth.

XIV. 25. Huet, Demonstr. 9. Franckii specim. controu. 71.


* (o) *

*

Bd 1216.

S 8

B. C.



12
13

COMMENTATIONIS
DE
SCEPTICISMO EXEGETICO
SUPPLEMENTUM I.

EDIDIT
JO. HENR. CALLENBERG

Halæ in typographia Instituti Judaici
MDCCXXXVI.

Affectuum confictio, via ad scepticam du-
bitationem. Rambachii instit. hermen.
128.

Alabastris, Guil. qui anno MDLIIIX, in An-
glia floruit, apparatus in reuelationem Christi.
61. 126. 179.

Allegoria luxuria, æuo Philonis frequentata.
Euseb. hist. eccl. lib. 21. 44. coll. c. 2. p.
48. med.

Anama, Sixt. crit. angl. to. I. LXII. & in
polyglottis angl. proleg. spec. 36. 40. col. 1.
42. col. 1.

Angelomus, diac. sec. IX. Petzii thesaurus
anecdor. tom. I. 68. med. Scribit in præ-
fatione, libris regum præmissa: *sunt* - (sensus
sacræ scripturæ,) *primus historialis*: *secun-
dus allegorialis*: *tertius utriusque rei modus*:

X quartus